EPITAPHIUM.

HÆc alterna legens jam carmina ſiſte viator,
Conditus hîc recubat Solmſius ille Comes.
Solmſius ille Comes CHUNRADUS: *funera cujus*
Condita ſint quamvis: candida fama manet.
Sacrilegos quondam templis domibusq́ removit,
Nulla quibus veræ cura ſalutis erat.
Sacra colens ſancté divinis tradita ſcriptis,
Nil habuit verâ relligione prius.
Spiritus idcirco cœleſti ſede receptus,
Perfruitur viſu nunc propiore Dei,
Chriſtus ubi noſtro compellat nomine Patrem,
Pneumate quó ſancto nos ſua membra regat.
Molliter oſſa cubant, donec compleverit annos,
Orbis quos illi fixerat anté Deus.
Tunc illis etiam purgatâ carne reſumtis,
Aſtra beatorum mens generoſa tenet.
Interea cineres valeant per ſecula multa,
Tempus in æternum ſpiritus alme vale.

Johan. Rulman.

FINIS.